Nobilissime Domine.

Ante viginti plus minus dies Traiecto ad Mosam ad
TE feci literas; quas iam cuiusmodi sint argumento, scio TE scire.
Interibi Coolsius Tuus Meus exemplum mihi (an Autographum?)
tradidit altero Traiecto ad te missum. quo admoneor non satis
sedulum fuisse me in scribendo, qui ambiguo nominis TE suspendi.
Traiectum nominare non erat satis; Mosæ Traiectum expressisse
oportuit, ne TU errares. Quamquam revera non errasti, etiam vel
TUUM Traiectum suspiratus es. nam et illic intelligo inveniri
Diplomata Comitum Lossensium, sive (ut loquimur) Grauen van Loon.
et in illis an quid sit indicij quo agnoscamus Comites de Seelheim
id vero auro supra mihi carum sit. Ego interim pergo, (quantum sensim
obrepens senectus et frigens sanguis non retardat) in demonstrando
SALICARUM LEGUM SOLO NATALI, nec alibi quærendo
quam in TUO isto SEELHEM TE propter illustriore quoque.
Nactus sum ex Abbatia S. Trudonis monumenta quædam annorum
400. ætatem præferentia facem mihi allucentia sane quam illustrem:
nactus et ex Averbodiensi Monasterio dignationis non minoris.
Breviter: Faxo posteritas sciat, Non magis SALICAS LEGES quam
CONSTANTINUM HUGENIUM in alterutrius Gloriam
convenisse. Vale Nobilissime HEROS, et me in ædibus
Coolsianis scribentem iuxta cum Coolsio interpretare

Nobilitatis Tuæ Subscriptum,

Distio III Non.
Septemb.
1647.

Gottefridum Wendelinum.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658

ad 23

Nobiliſsimo Viro
CONSTANTINO HUGENIO A
ZUYLICHEM Toparchæ
Suæ Celſitudini Arauſienſi
ab Arcanis et Conſilijs

In Comitiuâ Principis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 23
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4658